

fil. 152. col. 1. versio. item si blasphemauerit l. 1. quem sequitur Aymon conf. 6. col. 2. n. 4. Auend. d. c. 5. in fin. & alios referens Decian. tom. 2. c. 6. n. 20. pro quo est bonus textus in l. famosi, ff. ad legem Jul. Maiestatis, ubi lubricum linguæ non debet facile trahi ad pœnam; nihilominus tamen repellendus est à testimonio in his causis, quæ testes exigunt omni exceptione maioribus secundum Alexand. consil. 152. col. 4. n. 7. lib. 5. Deci. conf. 163. num. 10. Thom. Gramat. voto 2. n. 5. & 6. modò blasphemus fuerit semel saltem etiam pœna pecuniaria pro hoc crimine damnatus, vt notat Boer. de- cif. 301. n. 13. sequitur D. Couar. de pati. in 6. l. 1. p.

§. 7. n. 17. Azeued. in l. 1. num. 28. hoc tit. 4. lib. 8. ex textu in c. licet causam de reffib. vbi in causa ardua non admittitur testis, cuius fides aliqua ex parte diluitur. Nam licet blasphemus non sit infamia infamia iuris, negare minime possumus post condemnationem esse infamiam facti, atque ided non esse omninò testem idoneum, quod & sequitur Auend. d. 5. n. 30. & Mascard. plures citans concl. 194. n. 13. & 14. & in 3. tom. concl. 1357. n. 39. & Tiber. Decian. 2. tom. tractat. c. 6. n. 21. & præsertim in causis arduis, vt in causa matrimoniali & similibus, & n. 10. probat blasphemum de Iure Canonico incurrere infamiam ipso iure.

IN TITVLVM QVINTVM,

De los descomulgados.

SVMMARIVM.

1 Absolutus ab excommunicatione, in qua dicitur steterat incurfus, an possit denunciari & comendari pro pœna temporis, in quo stetit in excommunicatione? & muneris sequentibus. Et coram quo iudice, & quibus pœnis condemnandus sit ibidem. Et quid in pauperem. 5. De pœnis permanentium diu in excommunicatione, per totam questionem.

De pœnis permanentium diu in excommunicatione.

In l. 1. & 2. tit. 5. lib. 8.

QVÆSTIO LXXVII.

VÆRO an absolutus iam ab excommunicatione, pro qua fuerat publicè in Ecclesia denunciatus iuxta formam l. 1. & 2. huius tit. 5. possit denunciari ac conueniri pro tempore, quo contra eorum tenorem in excommunicatione permansit? Hanc questionem latè in vtramque partem examinauimus lib. 1. canonic. questionum c. 12. num. 8. cum pluribus seqq. vbi n. 19. resoluimus hoc minime fieri posse, nec condemnari à iudice Ecclesiastico in dictis pœnis, concessa absolute in imposta eidem salutari pœnitentia nisi ipse ante absolutionem incepisset procedere contra huiusmodi excommunicatū ad pœnam huius l. regie; & postea, si tamen sine præiudicio ipsius processus atque accusationis, iussisset eum absolueret, licet consultius faceret ipse iudex Ecclesiasticus, si prius excommunicatum puniat quam absoluat, vt habet praxis. Et id in effectu probauit Ignat. Salzed. ad Bern. Diaz in præd. crimin. canonicis, c. 117. nouiter addito, dicens quòd possunt etiam iudices Ecclesiastici (imò maiorem ad hoc iurisdictionem & potestatem habent) punire laicos pecuniaria multa, qui per tempus illud regis legibus expressum ex-

communicatione fuerint innodati, & quòd ita foret vsu receptum est: sicque absolute in tempore post Ecclesie satisfactionem solet pecuniaria pœna imponi, quæ iuste exigi potest, & in pios vsus conuerti, vt præcedentibus annis cœtus Cardinalium, Paulo III. Pontif. Maxim. respondit, vt testatur D. Simanc. de iustit. Cathol. tit. 17. n. 5. & quòd apud nos secundum l. regiam tertia pars Prælato applicata iuste per eum exigi potest. Sed intelligendus est Ignat. iuxta prædictam nostram distinctionem, vt patet ex ipso, dum loquitur quando absolute in tempore pecuniaria pœna imponitur, & affirmat in terminis sic declarans & nos citans d. n. 19. Azeu. in l. 2. huius tit. n. 10. & 11. dicens quod ita vitur & prædicatur quotidie.

Iudicem tamen secularem resoluimus ubi supra, posse à prædicto excommunicato iam absolute pœnam iam antea incurram exigere, quam opinionem esse sequendam affirmat nunc Azeu. in l. 1. huius tit. n. 209. idemque nos confirmamus. Et quòd iudices Ecclesiastici soleant punire excommunicatos pœnis, de quibus in hac l. habet praxis communis, cuius nos testes sumus: duæque partes pœnarum pertinent ad iudicem Ecclesiasticum tanquam ad excommunicatorem & exequentem, & tertia pars Ecclesie Cathedrali, vt affirmauimus d. c. 12. n. 6. & 7. sequitur Azeu. in d. l. 1. n. 215. cum seqq. vbi id late probat, nempe quòd duæ partes pœnarum pertinent ad iudicem Ecclesiasticum circa legem secundam huius tit. 5. Quando vitandus sit publicè excommunicatus, & quando toleretur latissimè egimus dicto lib. 1. canonic. quest. c. 1. per totum, & ided hic non repeto.

Qui verò per annum in excommunicatione permanferit, contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi potest, vt in Concil. Trid. sess. 25. in decret. de reformatione c. 3. in fine, cauetur, de quo egimus d. c. 12. n. 12. cum seqq. sed latius nouissimè per sex assertiones & declarationes Ignat. Salzed. ubi supra n. 4. cum seqq. quem & alios refert Azeu. in d. l. 1. mon. 213.

Pauper tamen, qui ob paupertatem non potuit soluere, neque exire ab excommunicatione excusabitur à pœna l. regie, cum impeditus sit soluere ob nimiam paupertatem, dum tamen ad hoc non sit procurata, vt ibidem tenet Azeu. d. n. 210.

IN TITVLVM SEXTVM,

De las vsuras, y logros.

SVMMARIVM.

- 1 Iudæi & Mauri an possint licitè vsuras exercere, tam iure communi, quam regio, & de eorum pœnis, necnon & iure Diuino, per totam questionem.
7 Deuteronomij cap. 23. non feneraberis fratri tuo, sed alieno intellectus: & cap. 22. Deuter. num. 8.
9 Iudæi mox, nec Christiani à nullo possunt recipere vsuras sine mortali. Et an valida sit consuetudo contraria? num. 10.

De prohibitione vsurarum.

In l. 1. tit. 6. lib. 8.

QVÆSTIO LXXVIII.



VÆRO circa l. 1. huius tit. 6. de vsur. lib. 8. non collect. reg. præcipientem, que los Iudæos y Moros no den a logro, sin embargo de qualquier carnis, sueros, y priuilegios que para ello tenian y dan estos se reuogan, porque por ningunos, por ser contra ley.

1 An Iudæi de iure communi possint licitè vsuras exercere? Ipse namque vsuræ omni iure sunt prohibita, vt latissimè probauimus lib. 2. canonic. questionum cap. 18. in principio num. 1. cum sequentibus, & post nos optimè Molina Theolog. 2. part. de iustitia & iure distributione 304. per totam, col. 330. cum sequentibus, & prius Magister Arag. de iustitia & iure 2. 2. q. 78. art. 1. pag. 665. col. 1. cum seqq.
2 Sed de Iudæis nihil ibi loquuti sumus: quare nunc in eis idem probamus, nempe quod non possint vsuras exercere. Hæc est communis opinio secundum Curr. Iun. in l. eius qui in prouincia sub num. 5. ff. si cert. pet. Vnde peccant ipsi Iudæi fenerando Christianis secundum communem opinionem, Theolog. & Canonist. vt affirmat Alexand. de Neuo consil. 100. num. 1. & probatur Abb. in cap. post miserabilem per illum textum, & Hostient. in cap. salubriter de vsur. Petr. Gregor. in sua synagoga iur. vniuersi, 3. p. lib. 22. cap. 3. num. 23. pag. 106. & communem profiteretur Clarus statim citandus, & Azeued. in lib. 1. num. 66. huius tit. 6. & probat latè Aragon ubi supra, pag. 676. in fi. cum sequenti, vbi cum D. Thom. ibi ad secundum & alius tenet & probat, quod neque materialiter, neque formaliter fuit Iudæis vitæ concessa, sed tantum permilla erga alienigenas. Quòd est dicere, fuisse Iudæis permillum, vt possent inter gentiles vsuras exercere.

Praxis Criminalis.

cere sine pœna, non tamen sine culpa, sed si vsuras erga se exercebant, & culpa & pœna multabatur. Aded quòd Ecclesia non debet nec potest hoc peccatum permittere nec tolerare, non infligendo pœnam, neque propter aliquod maius malum vitandum, neque propter aliquod bonum, quòd exinde sequi speratur, est communis opinio Theologorum & Canonistarum secundum Alexand. de Neuo dicto consil. 100. num. 9. & num. 13. in fin. & consil. 101. post numer. 14. vbi inquit se dolere malitiam Doctorum Christianorum, qui consulerunt contra tam apertam veritatem; & hanc communem refert etiam Iul. Clar. lib. 5. recept. sent. §. vsura, versio. hæc mem. Et quòd Papa non possit dispensare, vt communitas concedat licentiam fenerandi, communiter tenetur secundum Ioann. Montolon. in premissis. vniuersi iur. 2. p. verbo vsura, in verbo nec vsuris opprimes, fol. 325. col. 2. Angel. de Clauai. in summo verbo vsura 2. §. 14. Syluest. eodem verbo in 9. §. 22. quos & alios plures referens idem profiteretur ac probat Didac. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 8. ordinam. pag. 48. in versio. & quòd Papa non possit, id amplians vt etiam communitas secularis, vel Ecclesiastica, que recepit Iudæos in suis oppidis cum licentia, & facultate dandi ad senus & vsuras, peccent mortaliter & sint excommunicati: & ipsi tenentur tanquam fautores ad restitutionem vsurarum ex tali conuentione solutarum in subsidium, si Iudæi non soluerint, secundum Angel. & Syluest. in locis præcis. & alios, quos ibi refert. Et quòd Papa in vsura dispensare non possit, probat etiam Didac. Perez in hac rubrica, pag. 24. col. 2. ibi, hinc deducitur, post Couar. optimè hoc agitent lib. 3. var. resolut. cap. 1. num. 8. sequitur etiam Azeued. in lib. 1. huius tituli. num. 48. quidquid contrarium post longam disputationem magis probet Alexand. conf. 1. volumine 7. & alij nonnulli, quia vix querendum est de peccato mortali inter Iudæos, qui iam condemnati sunt. Quæ sententia meritò suspecta est Petr. Gregor. ubi supra, cui videntur pugnantia, velle amicitie beneficium mutui in Iudæos concedere, & postea hoc prætextu velle bona illorum vt ab hostibus exercere, cum potius Iudæi inter Christianos conuersantes inde possint legem nostram improbare, potius quam ad fidem suscipiendam impelli. Quam ob rem existimat vel omninò à cœtu Christianorum expellendos, vt in Gallia (& in nostra Hispania) vel si aliqua eausa ferantur, bono exemplo legis Christianæ instruendos vt videant opera nostra bona, & ne simus illis scandalo: vsura enim vitata non nascitur ex persona, sed ex re. Quæ etiam optimè probat Molina Theolog. 2. part. de iustitia & iure. sessione 304. versio. illud in calce, pagin. 344. vbi quòd publicè potestates tenentur pro suo munere vsuras prohibere.